

# Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften  
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Fünfzehnter Band.

---

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1890.

## Verse auf Kaiser Friedrich I.

Mitgetheilt von L. Weiland.

Auf fol. 1 der Handschrift Patres nr. 59 der ehemaligen königlichen Handbibliothek in Stuttgart (jetzt der öffentlichen Bibliothek einverleibt), welche die Homilien Leos des Gr. von einer Hand des 12. Jh. enthält, hat ein Schreiber derselben Zeit folgende Verse eingetragen:

Ortu Teutonicus Romanus rex Fridericus  
Augusti nomen pacis possedit et omen.  
Pollens consilio cessit<sup>1</sup> certamine nullo;  
Dissona compegit, dum prelia plura peregit.  
Discordes<sup>2</sup> stravit, quia tempora pacis amavit.  
Huius honore boni non impar erat Salomoni.  
Felix felicem plantavit ad astra radicem.  
More rose vernans, bene subdita regna gubernans,  
Largus erat dando, depressos quosque levando.  
Clerum dilexit, monitis hunc optime rexit.  
O quam clementem monachi sensere parentem!  
Hunc deus elegit, per eum miranda peregit.  
Ut dicam breviter, summum vite subit iter:  
Signum namque crucis tollendo fit assecla lucis.  
Bellator fortis adiit Christi loca mortis,  
Barbaricam gentem iam dudum cuncta tenentem  
Exstirpare volens; sed summa potentia nolens  
Id per eum fieri nec nomen tale mereri,  
Hunc rapit ut stultum, quod mirandum puto multum.  
Milleno cum centeno novies quoque deno  
Anno migravit, animam deus ipse beavit.

Etwa in der Mitte der Hds. findet sich nachfolgender Hymnus auf den hl. Georg mit Neumen:

Versus sancto Georgio.

Martir egregie, deo dilecte, ad te clamantium voces tuorum propicius audi, sancte Georgi. Tu per innumera mortis tormenta triumpho nobili promeruisti martyria militie signifer

1) cesit *cod.*

2) disscordes *cod.*

esse. Vana iudicasti gaudia mundi et transitorie dulcia vite memor Christi tui mente liquisti. Unde pro meritis fulges in celis ut inter sydera sol atque luna certus premii pro quo certasti. Ora pro famulis tibi devotis et coram iudice veniam posce, ne nos iudicio dampnet extremo. (T)rinitati decus honor et virtus inseparabili laus unitati consors imperium omne per evum. Amen.

---